

IOANNES VORTHVSIVS D AVENTRIAЕ HISTORICVS.



Ioannes apud Belgas natus est anno 1529. hic tā-
ta ingenij felicitate erat prēditus, ut in adolescē-
tia omnis generis artes perdisceret, atq; in Philoſo-
phiæ ſtudio omnes æquales ſuperaret. Itaq; factū,
ut communibus ſententijs Dauentriensis præpo-
ſitus eligeretur. Scripsit is præclarum opus de Ar-
chotypo. præterea Phœnicen pro laude Caroli Im-
peratoris. Verūm multō maiora aggrediebañ, atq;
duo perficere conabatur. Vnum ut in tanta religio-
niſ diuerſitate libro ædito omnia conciliaret, alte-
rū, ut Academias diuerso modo iuſtitutas magna
auditorum utilitate uniret. Quod ſi etiam uita ſu-
periſtes fuifſet, procul dubio aliquid magni præsta-
re potuifſet. Verūm dum in medio ſtudiorum curſu eſſet, ſtatim initio 1565 an-
ni immatura morte, magna rei literariæ iactura, ætatis ſuæ 36 abripitur,
& terræ mandatur. Anon.